



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

De Ecclesia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

mereri remissionem peccatorum proprijs operibus, & coram Deo iustos esse proprijs operibus. II. SECUNDO dicunt Papistæ, cum nemo fiat quando satis operum habeat, semper maneat in dubitatione, an sis in gratia. III. TERTIO dicunt Papistæ: Homo potest in hac vita legi Dei satisfacere, & impletione legis diuinæ mereatur vitam æternam de condigno. Et quidem dicunt monachi, homo non renatus Spiritu sancto, potest efficere dilectionem Dei, & mereri remissionem peccatorum.

CONTRA hos Ethnicos errores, qui delent lucem Euangelij de beneficijs filij Dei, clare docent Ecclesiæ nostræ: I. PRIMVM, neq; mereri homines remissionem peccatorum proprijs operibus, neq; coram Deo iustos esse proprijs operibus.

II. Secundo, Propter Filium Dei gratis homines in conuersione accipere remissionem peccatorum, & reconciliationem, sola fide, & sic homines certo iustos esse, id est, reconciliatos Deo propter mediatorem fide. Nec manendum est in dubitatione, sed fide vincendam esse dubitationem. Qui vero iubent manere in dubitatione, profus delent Euangelium de promissione gratiæ & de fide, & tantum Ethnica somnia docent, & extinguunt lucem doctrinæ de filio Dei, & impellunt homines in desperationem & æternum exitium.

III. TERTIO, certissimum est, in hac vita neminem habuisse neq; habere integram legis impletionem, nisi ipsum mediatorem, Dominum nostrum Iesum Christum. Sed tunc erit integra legis impletio, cum Deus erit omnia in beatis, id est, cum lucebit in eis Deus, ita ut non simul sint reliquiæ peccati. Notæ sunt enim sententiæ Rom. septimo & octauo. Et dictum Psalmi: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

DE ECCLESIA.

QVID EST ECCLESIA?

ECCLESIA visibilis in hac vita, est cœtus visibilis amplectentium incorruptam Euangelij doctrinam, & recte videntium Sacramentis, in quo cœtu filius Dei efficax est, & voce Euangelij & Spiritu sancto multos regenerat ad vitam æternam. Sunt tamen in eo cœtu multi non sancti, sed tamen de doctrina consentientes.

CONTRA.

Articuli fidei non sunt visibiles,
Ecclesiam esse est articulus fidei,
Ergo Ecclesia non est visibilis.

RESPONDEO ad maiorem. Concedo articulos fidei, scilicet propositiones, non esse visibiles, seu ut est vilitata phrasis, Complexum non est visibile, tamen subiecta in multis propositionibus

A a 3 visibi-

visibilia esse necesse est. Vt cum dico: Sol est creatura Dei, Non sumus resurcitur, propositiones fide accipiuntur, sed tamen visibilia sunt visibilia. **S**i c. cum dicitur: Ecclesia est populus Dei, pro Deo vere colligit cœtum, cui dat remissionem peccatorum, & iusticiam, ac salutem æternam. Hæc propositio est articulus fidei, & iudicium, id est homines amplectentes Euangelium, sensu agnoscunt, cum certa signa incurant in oculos & aures, quæ discernuntur ab alijs hominibus. **N**on igitur de Ecclesia loquimur, ut de Platonica, sed monstramus Ecclesiam, iuxta dicta: Dic Ecclesia. Hæc necesse est intelligi visibilem Ecclesiam. Item: In omnem terram uenit sonus eorum, &c.

QUAE SVNT SIGNA Ecclesie propria?

SIGNA non fallacia simul hæc tria sunt.

I. **C**ONSENSVS in doctrina Euangelij incorrupta, scilicet in fundamento. **II.** **L**EGITIMVS vsus Sacramentorum. **III.** **O**BEDIENTIA ministerio debita iuxta Euangelium.

AN NECESSE EST, SINGVLOS HOMINES saluandos, fieri ciues veræ Ecclesie?

RESPONDEO. Prorsus necesse est, singulos saluandos in fide esse cum vera Ecclesia, fide, confessione, inuocatione Dei, & voluntate seruandæ Ecclesie, seu coniunctionis in Ecclesia, iuxta dictum: **1. Corinth. 1.** Non sint inter uos schismata. **Ebræos 10.** Non deserentes congregationem uestram. **Gal. 1.** Si quis aliud Euangelium docet, anathema sit. **Psalmo 26.** Vnum petij a Domino, hoc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus uitæ meæ. **Psalmo 84.** Beati qui habitant in domo tua Domine. **Psalmo 91.** Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri, florebut, &c. **Romanos 8.** Quos vocauit, hos & elegit, &c.

QUAE RES SVNT NECESSARIÆ ad unitatem Ecclesie?

CONSENSVS in fundamento, uidelicet in doctrina Euangelij incorrupta, & in vsu Sacramentorum legitimo, & obedientia debita ministerio, iuxta Euangelium. **T**ESTIMONIA manifesta sunt de doctrina **1. Cor. 3.** Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Iesus Christus. Item **Gal. 1.** Si quis aliud Euangelium docet, anathema sit. **D**e Obedientia, **1. Corinth. 1.** Non sint inter uos schismata. Et **Ebræos 10.** Non deserentes congregationem uestram. Item: **O**bedite his qui prædicant uobis, scilicet in his, quæ sunt propria ministerij iuxta Euangelium.

Sed similitudo rituum, qui sunt ab hominibus instituti, nequaquam necessaria est, ideo contra superstitionem multa restantia

indita sunt. Romanos 14. Regnum Dei non est esca & potus, sed iustitia, pax & gaudium in Spiritu sancto. Nam qui in his seruit Christus placet Deo, & approbatus est hominibus. Item Colossenses 2. Nemo uos iudicet in cibo, potu, &c.

QVID NOMINATUR SACRAMENTUM in Ecclesia?

SACRAMENTUM in nouo Testamento, ut Ecclesia loquitur, est ritus diuinitus institutus, additus promissioni in Euangelio tradita, ut sit testimonium & pignus exhibitæ & applicatæ promissionis gratiæ. Ideo ueritas dixit: Sacramentum est signum gratiæ.

QUARE ADDITI SUNT RITVS promulgationi promissionis?

MVLTAE causæ sunt, sed maxime illustres sunt hæ duæ. Quia cum Deus colligat Ecclesiam edita promissione, & tantum illi fiant hæreses uitæ æternæ, qui promissioni de mediatoie credunt, uult etiam illustri testimonio uisibili omnibus hominibus ostendere promissionem, & ipsi applicare qui eam fide amplectuntur, id est, testificari quod promissio ad ipsos pertineat. Nam promissio generalis est. Fides autem & usus Sacramenti applicat eam ad singulos credentes. Ita primum Sacramenta sunt signa uoluntatis Dei erga nos, uidelicet commonefacientia nos de promissione, & applicantia, id est, testificantia quod promissio ad nos pertineat. ALTERA causa est, quod cum uelit Deus omnes saluandos inferi Ecclesiam, & adiungi ministerio Euangelij, sicut dictum est: Quos elegit, hos & uocauit, tradidit ritus manifeste discernentes Ecclesiam ab omnibus gentibus. Et ut agnosceretur Ecclesia, & ipsi ritus testimonia essent, qui ostenderent, uelle Deum nos esse auditores uocis Euangelij, nec eos qui non audiant uocem Euangelij, nec sunt ciues huius cæus uocatorum, esse electos. Ita uult Deus Ecclesiam conspici oculis, & uisibilem esse, ut cogitemus, ubi sit doctrina ipsius querenda.

SUNT igitur Sacramenta signa confirmantia fidem erga Deum, quia sunt testimonia applicationis, sicut Paulus nominat Circumcisionem *σφραγίδα δικαιώσεως*, id est, sigillum iustitiæ, quia testabatur promissionem pertinere ad Abraham. Deinde sunt signa societatis Ecclesie & confessionis.

CONSIDERATIS autem principalibus finibus, postea allegoriæ & significationes aliæ addi possunt. Ut, Circumcisio fuit in illa arcana parte corporis, ut esset miranda admonitio de uenturo semine. Ac simul multa significabat, uidelicet ex posteris Abraham uenturum esse salutare semen, de quo antea dictum fuerat: Semen mulieris conteret caput serpentis. Significabat item Circumcisio, in hac generatione carnali uelinationem

turam hominum ream, immundam, & præcedendam, hoc est, morti additam, sed propter promissum semen, iuxta verbum, Ecclesiam habituram esse nouam & æternam iustitiam & vitam.

Si c Baptismus principaliter significat, nos mergi in sanguinem Christi, & abluì à peccatis. Postea significat etiam, Ecclesiam mergi in afflictiones.

COE NA Domini significat principaliter, nos esse membra Christi, & inseri eius corpori, & abluì nos ipsos sanguine. Est igitur testimonium & exhibitæ promissionis Evangelij, & applicatæ ad singulos. Deinde est commonefactio de gratiarum actione. Ideo nominatur *ἰχθυισμός*, & sicut Cyprianus optime dicit, est commemoratio dati & accepti.

E S T ite nneruus publice congregationis. Item testimonium mutæ dilectionis & concordie in eadem Ecclesia, sicut antiquitas fœdera fecit societate ceremoniarum & mensæ, unde & nomen *συνδοχῆς*, id est, liberationes, profectibus usurpabant. Item, uetustas dixit: *τὸς ἀλλὰς τοῦ τῶν ἐκκλησιῶν συνδοχῆς*. Ita in Ecclesia societas huius pulcherrimæ communis mandicationis intelligatur nunculum esse communis concordie, quo copulati omnes unum simus in ipso Christo, & non distrahamus Ecclesiam furoribus opinionum, ambitionum & odiorum, sed semper laus principales fines considerentur.

DE BAPTISMO.

QVID EST BAPTISMVS?

E S T instituta a filio Deimersio in aquam, cum pronuntiatione uerborum: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, testificans, quia hoc testimonium diuinitus institutum est, cum qui cum hac pronuntiatione uerborum mergitur, reconciliari Deo propter Christum, & sanctificari Spiritu sancto ad uitam æternam.

QVAE EST SENTENTIA uerborum Baptismi?

E G O baptizo te in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, id est, Ego minister hoc ritu testificor in nomine, id est, mandaro domino, te, qui sic mergeris, recipi a uero Deo in gratiam, qui est æternus Pater Domini nostri Iesu Christi, & Filius, & Spiritus sanctus, & recipi te propter Filium, & sanctificari te Spiritu sancto. Et comprehendenda est correlatiua sententia: Ego testificor te recipi in nomine, id est, ad agnitionem & inuocationem uerbi Dei, quæ Pater æternus Domini nostri Iesu Christi, & Filius & Spiritus sanctus & recipi te propter filium redemptorem Ecclesie, & sanctificari credentes Spiritu sancto, quem agnosces & inuocabis, & palam testis sum testaris hoc baptismo, te omnia commœticia numina execrari.